

qua est ipse quod est nulla corporis similitudine dormienti. nulla corporea specie vigilanti possit ostendi. sed non solum patris. verum etiam filii et spiritus sancti. et certe qui vigilantium mouentur visis. ut non patrem sed tantum filium vel spiritum sanctum credant corporalibus hominum apparuisse conspectibus. ut omittam tantam latitudinem secularium paginarum. et tam multiplicem earum intelligentiam. unde nemo sanam capitulum affirmare debet nisi per personam patris per aliquam speciem corporalem vigilantium oculis demonstratam. sed ut hoc ut dixi omittam. quid dicunt de patre nostro abraham cui certe vigilanti et ministranti. cum scriptura promississet dicens. visus est dominus abraham non unus aut duo. sed tres apparuerunt viri quorum nullus excelsius alijs eminuisse dictus est. nullus honoratus effuluisse. nullus impiorius egisse. quapropter quoniam in illa triplicitate nostra distributione primum querere instituumus. verum pater. an filius. an spiritus sanctus. an aliquis pater. aliquis filius. aliquis spiritus sanctus. an sine ulla distinctione personarum. sicut dicitur. deus unus et solus id est trinitas ipsa per illas creature formas patribus apparuerit. interrogatus quod potuimus quantum sufficere visum est sanctarum scripturarum locis. nichil aliud quantum existimo diuinorum sacramentorum modesta et cauta consideratione persuadet. nisi ut temere non dicamus que non ex trinitate persona cuiuslibet patrum et prophetarum in aliquo corpore vel similitudine corporis apparuerit. nisi cum continentia lectionis aliqua probabilia circumponit idiotia Ipsa enim natura vel substantia vel essentia vel quolibet alio nomine appellandum est id ipsum quod deus est. quicquid illud est corporaliter videri non potest. per subiectam vero creaturam non solum filium vel spiritum sanctum. sed etiam patrem corporali specie siue similitudine mortalibus sensibus significationem sui dare potuisse credendum est. Que cum ita sint. ne immoderatus progrediamur. sed ibi vero

luminis longitudo. ea que restant in consequentibus videamus.

Incipiunt capitula libri terti.

Utrum cum deus hominibus visus est ipse per assumptam a creatura speciem apparuerit. an vero angeli ex persona ipsius sint loquuti.

De mutationibus creature siue consuetudinarijs siue insolitis que non sunt extra potestatem ac sententiam creatoris.

Exemplum quo ostenditur omnes causas actionum rationabilium a summa dei voluntate descendere.

De providentia dei qua subiectioni sanctorum presidet angelorum.

Quo ope dei omnis creatura administratur quo et mira multa ordini consuetudinis inseruntur.

Quo deus omnem creaturam corporalem animare cognoscitur in utero matrum.

De miraculis que magicis artibus fiunt. De causis originalibus creaturarum corporalium quas mundo creator inseruit.

De significationibus que ad manifestandam voluntatem dei. siue per angelos siue per homines ministrantur.

Essentiam trinitatis nunquam oculis apparuisse mortalium. sed per subiectam sibi creaturam significasse que voluit.

Incipit prohemium in tertium librum.

Credant qui volunt malle me legendo quam legenda dictando laborare. Qui autem hoc nolunt credere experi vero et possunt. et volunt. dentque legendo vel meis inquisitionibus respondeatur. vel interrogationibus aliorum quas pro mea persona quam in seruitio christi gero. et pro studio quo fidem nostram aduersum errorem carnalium et animalium hominum muniri mardo. necesse est me pati. et videant quam facile ab isto labore me tempem. et quanto etiam gaudio stultum possum habere feriatum. Sed si ea que